

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 9294

**Auteur(s) :** Étienne de Fougères, Rennes (évêque)

**Bénéficiaire(s) :** Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1174, 24 novembre

**Lieu d'émission :** Rennes

**Action juridique :** règlement conflit

**Description de l'original :** Chirographe (cyrographum)

**Langue du texte :** latin

Chirographe (cyrographum)

## Analyse

Charte d'Étienne évêque de Rennes à propos de la controverse qui existait entre les abbayes de Sainte-Mélaine et de Savigny au sujet de la grange des Vaux et de la grange du Fayel.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Paris, Archives Nationales, L 967, n° 75.

### Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Redonensi, n° XLIX)

#### Texte d'après A

Exquisito et perutili prudentium consilio ad reformandam humane memorie fragilitatum provisum est ut humana negotia vivacis scripti testimonio commendentur sic enim imersure calumpnie nulla datur occasio dum negotiorum serie servatur in concussa. Eapropter ego Stephanus, Dei patientia, Redonensis ecclesie presbiter et regis Anglie capellanus que in presentia nostra gerentur litterarum apicibus volumus commendare sciant ergo tam presentes quam presentium successores quod contentio que diu osat a est inter monachos Savigneii et monachos Sancti Melanii Redonensis, scilicet de decimis grangie de Vallibus et de fundo grangie de Faiel, in hunc modum in presentia nostra pace interviente, decisa est abbas et conventus Sancti Melanii juri suo si quod erat in Faiel ab renunciaverunt et omnibus decimis illarum terrarum quas monachi Savigneii possidebant tam in parrochia de Sesson quam in parrochia de Torigneio ad grangiam de Vallibus pertinentium amplius etiam si monachi Savigneii in his II parrochiis vel in aliqua earum tres modiatis terre acquirerent earum decimarum nec monachi Savigneii eis persolverent nec monachi Sancti Melanii ab eis exigerint. Preterea predicti monachi duas partes decime tocius bladii de parrochia Ferrati excepta cannabe et lino monachis Savigneii in perpetuum concesserunt et III partem decime tocius parrochie Sancti Melanii super Viceconiam. Pro predictorum autem donacione vel dimissione concessit abbas et conventus Savigneii abbacie Sancti Melanii quicquid juris habebant in ecclesia Acigneii ex integro cum omnibus beneficiis sine omni exceptione. Excipiuntur decime terrarum illarum omnium quas monachi Savigneii

possidebant ad grangiam suam de Lovigneio pertinentes et unius modiate terre si monachi Savigneii in eadem parrochia eam deinceps acquisierunt. Si vero supra modiatam terre aliquid acquisierint de acquisitione totam decimam monachis Sancti melanii in pace persolvent hoc tamen excepto quod si monachi Savigneii aliqua terre supra modiatam acquisierint cuius aliqua pars decime a laico sit possessa et monachi Savigneii eam acquisuerint et terram coluerint, liceat eis in pace retinere et si monachi Sancti Melanii ipsam decimam prius acquisierint monachi Savigneii ipsam decimam in pace eis reddent. Si autem in predictis donationibus decimaram Ferrati et Sancti Melanii aliqua calumpnia contra monachos Savigneii emerserit, monachi Sancti Melanii quantum jus eos dictaverit, eos tuebuntur. Tuebuntur etiam eos contra capellanos trium predictarum ecclesiarum scilicet de Sesson, de Torigneio et de Acigneio super decimis tam acquisitarum terrarum et quatuor modiatarum de quibus mentio facta est. Si vero ulterius acquisierint, liceat et monachis et capellanis pro voluntate sua reclamare. Quia vero illa que ediverso in hanc formam pacis eveniunt partim in cartis monachorum Savigneii partim in cartis monachorum Sancti Melanii confirmata et privilegata inveniuntur, communi assensu et conventu utrumque promulgatum est ut si nomina vel confirmatione predictarum in cartis vel privilegiis horum vel illorum occurrerent ad quassationem hujus compositionis prorsus inefficacia sint. Sex enim posterius lata derogat priori et hec extrema compositio omnibus cartis et priori legiis ei obviantibus in quantum ei obviant et non in alio pondus et auctoritatum auferat. Ut autem transatio ista in perpetuum inviolata permaneat ego qui eam principaliter feci et capitulum canonicorum Beati petri quorum assensu et bene placito facta est, sigillorum nostrorum impressionibus munire eam et confirmare curavimus. Actum est hoc in curia nostra in presentia capitulo nostri anno Domini MCLXXIV octavo kal decembris die dominica festo Sancti Gritogoni martyris. Testes hujus transactionis sunt hii Mauricius abbas Filgeriarum, Lucas abbas Veterisviile, Eudo archidiaconus, Helias cantor, Maldetus magister scolarum, Gaufridus Guigonis, Hugo Mathei, Guillelmus de Vira, Johannes de Livare, Bertrannus Salnerius, Raginaldus capellanus de Noial et multi alii.